ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Res
pondit. Ille homo qui dicitur ihesus lutum
fecit et unxit oculos meos: et dixit michi
Vade ad natatoriam syloe et laua. Et abii
et laui et uidi. Et dixerunt ei. Ubi est ille?
Ait. Nescio. Adducunt ergo eum ad pha
riseos: qui cecus fuerat. Erat autem sab
batum: quando lutum fecit ihesus et
aperuit oculos eius. [illegible] Iterum ergo in
terrogabant eum pharisei: quomodo uidisset
Ille autem dixit eis. Lutum michi posuit
super oculos: et laui et uideo. Dicebant ergo
ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo:
qui sabbatum non custodit? Alii autem
dicebant. Quomodo potest homo peccator hec
signa facere? Et scisma erat [inter] eos. Di
cunt ergo ceco iterum. Tu quid [dic]is de eo
[illegible] qui aperuit oculos tuos?
Ille autem dixit: quia propheta est. Non credide
runt ergo iudei de illo quia cecus esset et
uidisset donec uocauerunt parentes eius qui
uiderat: et interrogauerunt eos dicentes.
Hic est filius uester quem uos dicitis quia
cecus natus est: quomodo autem nunc uidet. Res
ponderunt eis parentes eius: et dixerunt.
Scimus quia hic est filius noster et quia cecus
natus est quomodo autem nunc uideat nescimus:
aut quis eius aperuit oculos nescimus. Ip
sum interrogate etatem habet: ipse de se
loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia time
bant iudeos. Iam enim conspirauerant
iudei ut siquis eum confiteretur christum extra

synagogam fieret. Propterea parentes eius
dixerunt: quia etatem habet ipsum inter
rogate. Vocauerunt rursum hominem qui
cecus fuerat: et dixerunt ei. Da gloriam deo.
Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit
ergo ille. Si peccator est nescio: unum scio
quia [c]um cecus essem modo uideo. Dixerunt
ergo [e]i. Quid fecit [tibi] quomodo aperuit
tibi oc[ul]os. Respondit eis. Dixi uobis iam
et audistis. Quid iterum uultis audire?
Numquid et [uos] uultis discipuli eius fieri?
Maledix[eru]nt ergo ei: et dixerunt. Tu
discipulus illius sis: nos autem discipuli mo
ysi sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus
hunc [autem] nescimus unde sit. Respondit
ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabi
le e[st quia u]os nescitis unde sit: et aperuit me
os oculos. Scimus enim quia peccatores deus
non exaudit. Sed siquis cultor est et uolunta
tem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est
auditum: quia quis aperuit oculos ceci
nati. Nisi hic homo esset a deo: non pote
rat facere quicquam. Responderunt: et
dixerunt ei. In peccatis natus es totus et tu
doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit
[illegible] autem ihesus quia eiecerunt eum
foras: et cum inuenisset eum dixit ei. Tu
credis in filium dei. Respondit ille et dixit
Quis est domine ut credam in eum? Et
dixit illi ihesus. Et uidisti eum: et qui loquitur
tecum ipse est. At ille dixit. Credo domine. Et
procidens adorauit eum.

Benedicite gentes dominum deum
nostrum et audite uocem laudis eius
qui posuit animam meam
ad uitam et non dedit commoueri pedes meos
benedictus dominus qui non amouit depreca-
tionem meam et misericordiam suam a me.

Supplices te domine rogamus Sec.
ut his sacrificiis peccata nostra munden-
tur: quia tunc ueram nobis tribuis men-
tis et corporis sanitatem. Per. Com.

XLIX

Lutum fecit ex sputo dominus et lini-
uit oculos meos et abii et laui et uidi et credidi deo.

Sacramenta que sumpsimus Compl.
domine deus noster: et spiritualibus nos repleant
alimentis: et corporalibus tueantur auxiliis.

Pateant aures misericordie Suppo-
tue domine precibus supplicantium: et ut pe-
tentibus desiderata concedas fac eos
que tibi sunt placita postulare. Per. Fer. v.

1560

quem in te ... facti sunt eius semper. Confite-
mini domino et inuocate nomen eius. Oll.

Presta quesumus omnipotens deus: ut quos
uotiua ieiunia castigant: ipsa quoque
deuotio sancta letificet. ut terrenis af-
fectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per.

In diebus illis. Venit Lc. libri Regum
mulier sunamitis ad helyseum prophetam
in monte carmeli. Cumque uidisset eam
uir dei: e contra ait ad Iezi puerum
suum. Ecce sunamitis illa: uade in occur-
sum ei et dic ei. Recte ne agitur circa te et
circa uirum tuum: et circa filium tuum.
Que respondit recte. Cumque uenisset
ad uirum dei in monte apprehendit pe-
des eius. Et accessit Gezi: ut amoueret
eam. Et ait homo dei. Dimitte eam: quia
anima eius in amaritudine est: et dominus ce-
lauit a me et non indicauit michi. Que
dixit illi. Numquid petiui filium a domino
meo? Numquid non dixi tibi ne illudas
me? Et ait ille ad Gezi. Accinge lumbos
tuos et tolle baculum meum in manu tua
et uade. Si occurrerit tibi homo non salutes
eum: et si salutauerit te quispiam non responde-
as illi: et pone baculum meum super faci-
em pueri. Porro mater pueri ait. Viuit
dominus et uiuit anima tua: non dimittam
te. Surrexit ergo et secutus est eam. Gezi au-
... posuerat baculum

nici tota die qui mihi bellantur ad uersum me

Sanctifica qs dne nra ieiunia. et cunctarum nobis ppicius indulgentiam largire culparum. p. Lc ione pphe

In diebus illis: factum est uerbum domini ad ionam ppham scdo dicens. Surge et uade in niniuen ciuitatem magnam et pdica in ea: pdicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas et abiit in niniuen. iuxta uerbum dni. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierum trium. Et cepit ionas introire in ciuitatem: itinere diei unius. Et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies et niniue subuertetur. Et crediderunt uiri niniuite deo: et pdicauerunt ieiunium et induti sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et puenit uerbum ad regem niniue: et surrexit de solio suo et abiecit uestimentum suum a se: et indutus est sacco et sedit in cinere: et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis et principum eius dicens. homines et iumenta. et boues. et pecora: non gustent quicquam nec pascantur: et aquam non bibant. Et conuertantur a uia sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et reuertatur a furore ire sue et non peribimus. Et uidit ds opera eorum: quia conuersi sunt a uia sua mala. Et misertus est populo suo: dns ds nr.

+ Et operiantur saccis hoies. et iumenta clament ad dnm in fortitudine

Deus exaudi ... meam ... percipe ... me ... Deus ...

Gr. ...

In illo t: Miserunt principes et pharisei ... iudei ministros ut apprehenderent ihm. Dixit ergo eis ihc. Adhuc modicum tempus uobiscum sum: et uado ad eum qui misit me. Queritis me et non inuenietis: et ubi sum ego: uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: queretis me et non inuenietis? et ubi sum ego: uos non potestis uenire. In nouissimo autem: magno die festiuitatis. Stabat ihc et clamabat dicens. Si quis sitit: ueniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura. flumina de uentre eius fluent aque uiue. hoc autem dixit de spu quem accepturi erant credentes in eum. Joh

Of. Domine conuertere et eripe animam meam saluum me fac propter misericordiam tuam ... a ... Libera ... me

... am. Secreta

Concede nobis domine deus noster: ut hec hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum. et tue propitiatio maiestatis. per.

Communio. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcommunio

Sacramenti tui domine quesumus participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat et medelam. per. Super populum

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: ut bonis operibus inherendo: tua semper mereatur protectione defendi. per.

·LIIII· Expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum et sustine dominum. Dominus illuminatio mea

Placeant tibi domine accepta quesumus sint ieiunia. que nos expiando gratia tue dignos efficiant. et ad remedia perducant eterna. per. Daniel propheta

In diebus illis: congregati sunt babilonii ad regem et dixerunt ei. Trade nobis danielem: qui bel destruxit. et draconem interfecit. Alioquin interficiemus te: et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: et necessitate compulsus tradidit eis danielem

Qui miserunt eum in lacu leonum. Et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant septem leones: et dabantur eis cotidie duo corpora et due oves. Et tunc non data sunt eis ut devorarent danielem. Erat autem abacuc propheta in iudea: et ipse coxerat pulmentum et intriverat panes in alveolo: et ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad abacuc. Fer prandium quod habes in babilonem danieli: qui est in lacu leonum. Dixit autem abacuc. Domine babilonem non vidi: et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in verticem eius et portavit eum capillo capitis sui: posuitque eum in babilone supra lacum in impetu spiritus sui. Et clamavit abacuc dicens. Daniel serve dei tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es enim mei domine deus: et non dereliquisti diligentes te. Surgensque daniel comedit. Porro angelus domini restituit abacuc in loco suo confestim. Venit ergo rex die septima: ut lugeret danielem. Et venit ad lacum et introspexit: et ecce daniel sedens in medio leonum. Et clamavit rex voce magna dicens. Magnus es domine deus danielis: et extraxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius causa fuerant intromisit in lacum: et devorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paveant omnes habitantes in uni

ubique. Of. Confirma hoc deus. Sec.
Virtute spiritus sancti domine munera nostra
continge: ut quod solemp
nitate presenti tuo nomi ne di
cavit: et intelligibile nobis proficiat
ad eternum. per dominum. Co. Factus est repente. Pco.
Sacris celestibus domine operante
spiritu sancto vitia nostra purgentur:
ut muneribus tuis possimus aptari. per

R Repleatur os meum laude Rx. tu a ae v ia ut possim can ta re
al le lu ya gaude bunt labia mea cum canta ve ro
tibi ae v ia ae v ia.

In te domine speravi. non confundar in eternum. in iusti
Da quesumus ecclesie tue coll.
misericors deus ut spiritu sancto congregata
hostili nullatenus incursione turbetur. per
In diebus illis. Aperiens petrus os suum
dixit. Viri israelite, audite verba act.
hec. Ihesum nazarenum virum approbatum
a deo in vobis virtutibus et signis et prodigi
is que fecit per illum deus in medio vestri sic
ut vos scitis. hunc diffinito consilio et prescien
tia dei traditum per manus iniquorum af
fligentes interemistis. Quem deus susci
tavit solutis doloribus inferni: iuxta quod

impossibile erat teneri illum ab eo. Da
vid enim dicit in eum. Providebam do
minum coram me est semper: quia ad dex
tris est michi ne commovear. Propter
hoc dilatatum est cor meum. et exulta
vit lingua mea: insuper et ca
ro mea requiescet in spe. Quoniam non dere
linques animam meam in inferno: nec da
bis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas michi fecisti vias vite: reple
bis me iocunditate: cum facie tua.

Alleluya

Verbo domini celi firma
ti sunt et spiritu oris eius
omnis virtus eorum.

Alleluia. Veni sancte spiritus. S. luca
In illo tempore Factum est una dierum: et ihesus
sedebat docens. Et erant pharisei et
legis doctores sedentes: qui venerant
ex omni castello galilee et iudee et ihe
rusalem: et virtus domini erat ad sanandum
eos. Et ecce viri portantes in lectulo
hominem: qui erat paraliticus: et que
rebant eum inferre: et ponere ante
eum. Et non invenientes qua parte
illum inferrent pre turba: ascenderunt

...ctum & p tegulas submiserunt
illum cum lectulo in medio ante ihm.
Cuius fidem ut uidit dixit. homo
remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt
scribe & pharisei. cogitare dicentes. Quis
est hic qui loquitur blasphemias?
Quis potest dimittere peccata nisi sol
deus? Ut cognouit autem ihc cogitatio
nes eorum: respondens dixit ad illos.
Quid cogitatis malum in cordibus uris.
CXVI Quid est facilius, dicere dimittuntur tibi pecca
ta an dicere surge & ambula? Ut autem
sciatis quia filius hominis potesta
tem habet in terra dimittendi pecca
ta. ait autem paralitico. Tibi dico sur
ge. Tolle lectum tuum: et uade in
domum tuam. Et confestim surgens
coram illis: tulit in quo iacebat & abiit
in domum suam magnificans dm. Et
stupor apprehendit omnes: & mag
nificabant dm. Et repleti sunt omnes
stupore dicentes: quia uidimus mira
bilie hodie. OFF

Lauda anima mea dominum lau
dabo dominum in uita mea
psallam deo meo quam di
u ero at... uia

Sacrificia domine tuis SEC
oblata conspectibus ignis ille
diui... assumat: qui discipulorum
xpi tui ... per spm scm corda succendit. Per

CO Spiritus ubi uult spirat & uocem
eius audis alleluia & nescis unde
ueniat aut quo uadat alleluia
alleluia alleluia. PCO

Sumpsimus domine sacri dona
... mysterii humiliter depre
cantes: ut que in tui commemoratione
nos facere precepisti: in nostre proficiant
infirmitatis auxilium. Per. IN SABBATO

R... caritas dei diffusa ...
... cordibus nostris alleluya
per inhabitan... ... eius
in uo bis alleluia alleluia

Dne ds salutis mee in die clamaui &
nocte coram te. OFF

Mentibus nostris ... qs dne
spm scm benignus infunde cuius sa

h
lc ioel
p[ro]ph[et]e

Sapientia conditi sumus. et prouidentia
gubernamur. P[er]. *Lc ioel p[ro]ph[et]e*
Hec dicit dominus d[eu]s. Effundam de
sp[irit]u meo sup[er] omnem carnem: et p[ro]phe
tabunt filii u[est]ri: et filie u[est]re. Senes u[est]ri
somnia somniabunt: et iuuenes u[est]ri
uisionem uidebunt. S[ed] et sup[er] seruos
meos et ancillas meas in diebus illis:
effundam de sp[irit]u meo et p[ro]phetabunt.
Et dabo p[ro]digia in celo et in terra. sangui
nem et ignem et uaporem fumi. Sol
conuertetur in tenebras et luna in san
guinem: antequam ueniet dies d[omi]ni
magnus et horribilis. Et erit omnis
quicumq[ue] inuocauerit nomen d[omi]ni:
saluus erit. All[elui]a. Paraclitus. *Coll[ecta]*
Illo nos igne q[uesumu]s d[omi]ne sp[iritu]s s[an]c[tu]s inflam
met: quem dominus n[oste]r ih[esu]s xp[istu]s misit
in mundo et uoluit uehementer ac
cendi. P[er] dominum. *Deutero nomii.*
In diebus illis. Locutus est d[omi]n[u]s ad moy
sen dicens. Loquere filiis isr[ae]l: et dices
ad eos. Cum ingressi fueritis terram
quam ego dabo uobis et messueri
tis segetem: feretis manipulos spicarum
primicias messis u[est]re ad sacerdotem.
Qui eleuabit fasciculum coram d[omi]no: ut
acceptabilis sit p[ro] uobis. Altero die sab
bati: et sanctificabit illum. Nume
rabitis ergo ab ipso die in quo obtu
listis manipulos primiciarum sep

I
Deutro
nomij

Ioh

tem ebdomadas plenas: usq[ue] ad al
teram diem expletionis ebdomade sep
time: et sic offeretis sacrificium nouum
d[omi]no ex omnibus habitaculis u[est]ris.
Panes primiciarum duos de duabus
decimis simile quod eleuabit sacerdos
coram d[omi]no. Et uocabitis hunc diem
celeberrimum: atq[ue] s[an]c[t]issimum. Om
ne opus seruile non facietis in eo.
Legitimum sempiternum erit in cun
ctis habitaculis et generationibus
u[est]ris. Dicit dominus omnip[otens].



Alleluya. Emitte spiritum tuum. *Or[ati]o*
Deus qui animarum medelam ieiunii
deuotione castigari corpora p[re]ce
pisti: concede nobis p[ro]picius mente et
corpore tibi esse deuotos. P[er]. *Deutro*
In diebus illis. Dixit moyses.
Audi israel que ego p[re]cipio t[ibi] hodie.
Cum intraueritis in terram quam
dominus d[eu]s tuus t[ibi] daturus est ad
possidendam: et obtinueritis eam
atq[ue] habitaueritis in illa. Tolles
de cunctis frugibus tuis primicias:
et pones in cartallo pergens ad locum
quem dominus d[eu]s tuus elegerit: ut
ibi inuocetur nomen eius. Accedesq[ue]
ad sacerdotem qui fuerit in diebus
illis: et dices ad eum. Profiteor hodie
coram d[omi]no deo tuo qui audiuit uos

et respexit humilitatem nostram et
laborem atque angustiam. Persequentes
inimicos nostros et eduxit nos de egypto
in manu forti et in brachio extento: in
ingenti pavore. in signis atque porten
tis. Et introduxit [illegible] terram lactis et
mellis manantem. Et idcirco nunc offe
ro primicias frugum terre: quam dominus
deus tuus dedit michi. Et dimittes eos in
conspectu domini dei tui. Et adorato domino deo
tuo epulaberis in omnibus bonis que
dominus deus tuus dederit tibi.

XVII

Alleluia. Spiritus domini. Coll.

Presta quesumus omnipotens deus ut salutaribus
ieiuniis eruditi. ab omnibus eti
am viciis ab[illegible]stinentes: propiciati
onem tuam facilius impetremus. Per.

Lectio. In diebus illis. Dixit dominus ad
moysen. Si in preceptis meis ambu
laveritis: et mandata mea custodi
eritis: et feceritis ea. dabo vobis plu
vias temporibus suis. Et terra gigni
et germen suum et pomis arbores re
plebuntur. Apprehendet messium tri
tura vindemiam. et vindemia oc
cupabit sementem. Et comedetis panem
vestrum in saturitatem: et absque pavore
habitabitis in terra vestra. Dabo pacem
in finibus vestris. Dormietis et non erit
qui exterreat. Auferam malas besti
as: et gladius acutus non transi
bit per terminos vestros. Persequimini inimi
cos vestros: et corruent coram vobis. Per
sequentur quinque de vobis centum
alienos: et centum ex vobis decem
milia. Cadent inimici vestri in conspec
tu vestro in gladio. Respiciam vos et cre
scere faciam et multiplicamini et firma
bo pactum meum vobiscum. Et co
medetis vetustissima, et vetera novis super
venientibus proicietis. Ponam taberna
culum meum in medio vestri: et non ab
iciet vos anima mea. Ambulabo inter
vos: et ero vester deus. Vosque eritis michi
populus. Dicit dominus omnipotens.

Alleluia. Veni sancte spiritus. Coll.

Presta quesumus omnipotens deus sic nos ab epu
lis carnalibus abstinere: ut
a viciis irruentibus pariter ieiune
mus. Per dominum nostrum. *Lectio.*

In diebus illis. Angelus domini. Require ante natale domini

Benedictus es domine. Coll.

Deus qui tribus pueris miti
gasti flammas ignium: concede
propicius ut nos famulos tuos non exu
rat flamma viciorum. Per. *Actuum.*

In diebus illis. Convenit universa ci
vitas: audire verbum domini. Videntes
autem turbas iudei repleti sunt zelo:

& contra dicebant his que a paulo dice
bantur: blasphemantes. Tunc con
stanter paulus & barnabas dixerunt.
Vobis oportebat primum loqui uer
bum dei sed quoniam repulistis illud & in
dignos uos iudicastis eterne uite: ecce
conuertimur ad gentes: sic enim precepit
nobis dominus. Posui te in lucem gen
tium: ut sis salus mea usque ad ex
tremum terre. Audientes autem
gentes gauisi sunt & glorificabant
uerbum domini: & crediderunt quot
quot preordinati erant: ad uitam
eternam. Disseminauerunt autem
turbe uerbum domini: per uniuersam
regionem. Iudei autem concitauerunt
religiosas mulieres & honestas: &
primis ciuitatis & excitauerunt per
secutionem in paulo & barnaba: &
eiecerunt eos de finibus suis. At illi
excusso puluere pedum in eos:
uenerunt yconium. Discipuli au
tem replebantur gaudio & spiritu sancto.

Alleluia

Laudate dominum omnes gen
tes & collaudate eum omnes populi.
In illo tempore. Egrediente ihesu F[eria] iohem
ab iericho: secuta est eum turba mul

titudo. Et ecce duo
ceci sedentes secus uiam: audie
runt quia ihesus ueniret: & clamauerunt
dicentes. Domine miserere nostri fili
dauid. Turba autem increpabat eos
ut tacerent. At illi magis clama
bant dicentes. Domine miserere nostri fili
dauid. Et stetit ihesus: & uocauit eos
& ait. Quid uultis ut faciam uobis?
Dicunt illi. Domine ut aperiantur
oculi nostri. Misertus autem eorum ihesus:
tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt:
& secuti sunt eum. OF[fertorium]

Confirma hoc deus quod operatus SEC[reta]

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia
presta nobis quesumus ut huius munere sa
cramenti purificationibus pectoris offerre. P[er]
CO[mmunio]

Non uos relinquam orphanos. Require in uigilia ascensionis domini

Prebeant nobis domine P[ost] CO[mmunionem]
diuinum tua sancta feruorem
quo eorum pariter & actu delecte
mur & fructu. P[er]. De sancta trinitate

Benedicta sit sancta trinitas
atque indiuisa unitas
confitebimur ei quia fecit nobiscum
misericordiam suam. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu

Tu ne circuitum te domine COLL[ecta]
salvator et custos: averte ab eccl(esi)a
tua sapientie oblectamenta fallacia: mundane
ut sp(iritu)s tue erudicione formandos p(ro)pheti
ca et ap(osto)lica potius instituta quam
philosophia verba delectant: ne vanitas
mendaciorum decipiat quos eruditio
veritatis illuminat. P(er). Lc(ti)o libri apo(calipsis) Joh(ann)is
In diebus illis: Vidi hostium apertum in ce
lo: et vox prima quam audivi tamquam
tube loquentis mecum dicens. Ascende
CXVIII huc: et ostendam tibi que oportet fieri
cito. Post hec statim fui in sp(irit)u. Et ecce
sedes posita erat in celo: et supra sedem
sedens. Et qui sedebat similis erat as
pectui lapidis iaspidis et sardinis. Et yr
is erat in circuitu sedis: similis visionis
smaragdini. Et in circuitu sedis sedilia
viginti quatuor seniores sedentes: circu(m)
amictos vestimentis albis: et in capitib(us)
eorum corone auree. Et de throno p(ro)
cedunt fulgura: et voces et tonitrua.
Et septem lampades ardentes ante
thronum: qui sunt septem sp(iritus) d(e)i. Et
in conspectu sedis quatuor animalia
plena oculis: ante et retro. Et animal
primum simile leoni. Et sec(un)d(u)m animal
habens faciem quasi hominis. Et tertium
animal: simile vitulo. Et quartum
animal: simile aquile volanti. Et
quatuor animalia: singula eor(um) habe
ant alas senas. Et in circuitu et intus
plena sunt oculis. Et requiem non ha
beant die ac nocte dicentia. S(an)c(tu)s. S(an)c(tu)s. S(an)c(tu)s.
d(omi)n(u)s d(eu)s sabaoth omnip(oten)s qui erat: et qui
est. et qui venturus est. Et cum darent
illa animalia gl(ori)am et honorem et bene
dictionem: sedenti sup(er) thronum viven
ti in s(e)c(u)la s(e)c(u)lor(um): p(ro)cedunt viginti quatu
or seniores: ante sedentem in throno.
Et adoraverunt viventem i(n) s(e)c(u)la s(e)c(u)lor(um). Am(en). R.

Benedictus es domine qui
in tueris abyssos et sedes
sup(er) cherubin. Benedictus es
in firmamento celi et laudabilis
et gloriosus in secula.

Alleluia. V. Be
nedictus es domine deus patrum nostro
rum et laudabilis in secula. Sc(un)d(u)m Johem
In ill(o) t(empore): Erat homo ex pha
riseis nichodemus no(min)e: princeps
iudeorum. Hic venit ad ih(esu)m nocte:
et dixit ei. Rabbi scimus quia a deo
venisti magister. Nemo enim potest hec signa

facere que tu facis: nisi fuerit deus cum
eo. Respondit ihesus et dixit ei. Amen
amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit
denuo non potest introire regnum
dei. Dicit ad eum nichodemus. Quo
modo potest homo nasci cum sit senex?
Numquid potest in uentrem matris sue
iterato introire. et renasci? Respon
dit ihesus. Amen amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non
potest introire regnum dei. Quod na
tum est ex carne caro est. Et quod na
tum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia
dixi tibi: oportet uos nasci denuo.
Spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis
sed nescis unde ueniat aut quo uadat.
Sic est omnis: qui natus est ex spiritu. Res
pondit nichodemus et dixit ei. Quo
modo possunt hec fieri? Respondit
ihesus et dixit ei. Tu es magister in israel
et hec ignoras? Amen amen dico tibi
quia quod scimus loquimur: et
quod uidimus testamur: et testi
monium nostrum non accipitis. Si ter
rena dixi uobis et non creditis: quomodo si
dixero uobis celestia credetis? Et ne
mo ascendit in celum: nisi qui de
celo descendit filius hominis qui est in
celo. Et sicut moyses exaltauit ser
pentem in deserto. ita exaltari opor
tet filium hominis. Ut omnis

qui credit in ipso non pereat: sed
habeat uitam eternam. OFF
Benedictus sit deus pater unige
nitusque dei filius sanc
tus quoque spiritus quia fecit
nobiscum misericordiam suam.
Benedicamus patri et filio cum
sancto spiritu laude
mus et superexaltemus eum
Remotis SEC
obumbrationibus in letula
carnalium uictimarum spiritalem nobis
summe pater hostiam supplici ser
uitute deferimus: que miro inef
fabilique mysterio et immolatur semper
et eadem offertur pariterque deuotorum
munus et remunerantis est premi
um. Per dominum nostrum ihesum christum. PFACIO
eterne deus. Qui cum unigenito CO
Benedicite deum celi et coram omni
bus uiuentibus confitemini ei

L quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcommunio

Letificet nos domine quesumus sacramenti tui ueneranda sollempnitas: pariterque mentes nostras et corporali sanctificatione et spirituali fecundet: et castis gaudiis semper exerceat. Per.

Tractus de sancta trinitate

P̄ sca trinitate

CLIX

Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus. pater et filius et spiritus sanctus. Benedicat nos sancta maiestas et indiuisa unitas quesumus deus in secula seculorum. Benedicat sancta trinitas et custodi

at nos semper amen.

Dominica post octavam pentecosten

Domine in tua misericordia speraui exaltauit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit michi. Usque quo domine obliuisceris me in finem. Coll.

Deus in te sperantium fortitudo adesto propicius inuocationibus nostris: et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gratie tue ut in exequendis mandatis tuis et uoluntate tibi et actione placeamus. Per. Iacobi apostoli

Karissimi: Deus caritas est. In hoc apparuit karitas dei in nobis: quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum: ut uiuamus per eum. In hoc est caritas non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Karissimi: si deus dilexit nos: et debemus nos inuicem diligere. Deum nemo uidit umquam. Si diligamus inuicem deus in nobis manet: et karitas in nobis perfecta est. In hoc intelligimus

... qui ...

... chi ...

... lu ia ...

... gam te domi ne uirtus me a

... nus firmamentum ...

... um et refugium meum. S[ecundum] lucam.

In illo t[empore]: Erant appropinquantes ad ihm publicani et peccatores: ut audirent illu[m]. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes. Quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex uobis homo qui habet centum oues, et si perdiderit unam ex illis non ne dimittit nonaginta nouem in deserto: et uadit ad illam que perierat donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens. Et ueniens domum: conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congratulamini michi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico autem uobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore: penitentiam agente: quam sup[er] nonaginta

... nouem iustis qui non indigent pe[nitentia]. Aut que mulier habens dragmas decem: si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et euerrit domum et querit diligenter donec inueniat illam? Et cum inuenerit conuocat amicas et uicinas dicens: Congratulamini michi: quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis gaudium erit coram angelis dei: super uno peccatore: penitentiam agente. Off.

Sperent in te omnes qui no uerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum.

Munera domine oblata Secr. sanctifica: ut tui nobis unigeniti corpus et sanguis fiant. P[er]. Co.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi uerba mea.

Hec nos communio domine purget a crimine et celestis remedii faciat esse consortes. P[er].

[D]ominus illuminatio me a *Dominus* et salus me a quem ti mebo do minus defensor uite me e a quo trepida bo qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si con sistat aduersum me castra non timebit cor meum.

[P]rotector in te sperantium *coll.* deus sine quo nichil est ualidum nichil sanctum: multiplica super nos mise
CXII ricordiam tuam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. P. *Ad Ro manos*

[F]ratres: Existimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolens sed propter eum qui subiecit in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem illa: sed et nos ipsi primitias spiritus habentes. Et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei: expectantes redemptionem corporis nostri. In Christo Ihesu domino nostro. *Gr.*

[P]ropicius es to do mine peccatis nostris ne quando dicant gen tes ubi est deus e orum. [V.] [A]diuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui domine libera nos.

[A]lleluya.

[V.] [D]omi ne in uirtu te tu a letabitur rex et super saluta re tu um exulta bit uehemen ter.

Et quia sepultus est. et quia surrexit
tercia die secundum scripturas.
et quia uisus est cephe: et post hec undecim. Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent adhuc. quidam autem dormierunt. Deinde uisus est iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tamquam abortiuo: uisus est et michi. Ego enim sum minimus apostolorum qui non sum dignus uocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia dei sum id quod sum. In christo ihesu domino nostro. Gradual

Et gratia eius in me uacua non fuit

In deo sperauit cor meum et adiutus sum et refloruit caro mea et ex uoluntate mea confitebor illi. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Alleluia. Attende

po pule me us le gem me am. Secundum Lucam

In illo tempore: Dixit ihesus ad quosdam qui se confidebant tamquam iusti: et aspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum: ut orarent. Unus phariseus: et alter publicanus. Phariseus stans: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum. Raptores iniusti. adulteri: uelud etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans: nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propicius esto michi peccatori. Amen dico uobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur.

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me domine

clamaui ad te ... sancti[um] sancti me. Sec[reta]

Tibi domine sacrificia dicata reddantur: que sic ad hono rem nominis tui deferenda tribu isti: ut eadem fieri remedia n[ost]ra prestares. P[er] dominu[m] n[ostrum]. Co[mmunio]

Honora dominum de tua substancia et de primiciis frugum

XIX tuarum ut impleantur horrea tua saturitate et uino torcularia redundabunt. P[ost]c[ommunio]

S[umentes] d[omi]ne d[eu]s n[oste]r ut quos diuinis reparare non desinis sacramentis: tuis non destituas benignus auxiliis.

D[eu]s in adiutorium ... meum intende domine ad adiuuandum me festina confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam ... Auertantur retrorsum ... qui michi mala.

Omnipotens sempiterne d[eu]s qui habundantia pietatis tue et merita supplicum excedis et uota: effunde super nos misericordiam tuam ut dimittas que conscientia metuit: et adicias quod oratio non presumit. P[er]. Ad corinthios.

Fr[atr]es: Fiduciam talem habemus per xp[istu]m ad d[eu]m: non quod suffi cientes simus cogitare aliquid a no bis quasi ex nobis: sed sufficiencia n[ost]ra ex deo est. Qui et idoneos nos fe cit ministros noui testamenti: non littera sed sp[irit]u. Littera enim oc cidit: sp[iritu]s autem uiuificat. Quod si ministratio mortis litteris de formata in lapidibus fuit in glo ria: ita ut non possent filii israel intendere in faciem moysi propter gl[ori]am uultus eius que euacuatur: Quo modo non magis ministratio dampnationis gl[ori]a est: multo magis ha bundet ministerium iusticie in gl[ori]a. Gr[aduale]. Benedicam dominum in omni ...

54

agunt. regnum dei non consequentur.
fructus enim spiritus est. karitas gaudium
pax. pacientia. longanimitas bonitas
benignitas mansuetudo fides modestia. continen
tia castitas. Adversus huiusmodi non
est lex. Qui autem sunt xpi. carnem
suam crucifixerunt. cum viciis et
concupiscentiis. GR

Bonum est confidere in domino
quam confidere in
homine. V. Bonum est
sperare in domino
quam sperare in
principibus. Alleluia.
V. Domine deus salutis mee in die
clamavi et nocte coram te.

In illo tempore: Dum iret ihc in hierusalem: Luca
transiebat per mediam samariam
et galileam. Et cum ingrederetur
quoddam castellum. occurrerunt
ei decem viri leprosi. Qui steterunt
a longe: et levaverunt vocem dicen
tes. Ihesu preceptor: miserere nostri. Quos
ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacer
dotibus. Et factum est dum irent:
mundati sunt. Unus autem ex illis,
ut vidit quia mundatus est: regressus
est cum magna voce: magnificans
deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius
gratias agens. et hic erat samaritanus. Res
pondens autem: ihesus dixit. Nonne
decem mundati sunt: et novem ubi sunt?
Non est inventus qui rediret et da
ret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait
illi. Surge vade. quia fides tua te
salvum fecit. OF

Inmittit angelus domini in
circuitu timentium eum et eripiet eos. gustate
et videte quoniam
suavis est dominus.

Propitiare domine populo tuo Sec.
(placatus) muneribus ut hec
oblationes et indulgentiam nobis tri
buas: et postulata concedas. Per

Panis quem ego de dero ca ro
me a est pro se cu li ui ta.

Sumptis domine celestibus sacramentis ad redemptionis eterne qs proficiamus augmentum. p. Dominica

In clina domine aurem tu am
ad me et exaudi me saluum
CXXII fac seruum tuum deus me
us sperantem in te miserere
mi chi domi ne quoniam ad
te clamaui tota die. Letifica ani
mam. s. t. q. a. t. d. animam.

Custodi qs domine ecclesiam tuam propiciatione perpetua. et quia sine te labitur humana mortalitas. tuis semper auxiliis et abstrahatur a noxiis et ad salutaria dirigatur. p. Ad Galathas.

Fratres. Si uiuimus spiritu spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans te ipsum: ne et tu tempteris. Alter alterius. honera portate: et sic adimplebitis legem Christi. Nam siquis existimat se aliquid esse cum nichil sit ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque: et sic in semet ipso tantum gloriam habebit et non in altero. Unusquisque enim. onus suum portabit. Communicet autem his qui cathezizatur uerbo in omnibus bonis. Nolite errare. deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet + corruptionem. Qui autem seminat in spiritu de spiritu metet uitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore autem suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes. Maxime autem ad domesticos fidei.

Gr. Bonum est confiteri
domino et psallere nomini
tuo altissime. Ad annun

+ Quoniam qui seminat in carne sua
de carne et metet

accubitus eligerent: dicens ad illos
Cum invitatus fueris ad nuptias
non discumbas in primo loco: ne
forte honoratior te sit invitatus ab eo
Et veniens his qui te et illum voca
vit et dicat tibi. Da huic locum.
Et tunc incipias cum rubore no
vissimum locum tenere. Sed cum
vocatus fueris: vade recumbe in no
vissimo loco. Ut cum venerit qui
te invi- tavit et dicat tibi. Amice as
cende superius. Tunc erit tibi gloria
coram simul discumbentibus.
Quia omnis qui se exaltat humilia
bitur: et qui se humiliat: exaltabitur. Off

O - ra - vi de - um
meum ego daniel dicens exau
di domi - ne preces servi tui i
llumina faciem tuam super
sanctuarium tuum et propicius in
tende populum istum super quem
invocatum est nomen tuum de -

-us Sec

Pro nostre servitutis augmento
sacrificium tibi domine laudis of
ferimus precantes ut quod inmeritis
contulisti propicius exequaris. Per. Co

Comedite pinguia et bibite mul
sum et mittite partes eis qui non
preparaverunt sibi sanctus enim
dies domini est nolite contristari
gaudium etenim domini est fortitu
do vestra. Compl

Quesumus omnipotens deus ut quos divina
tribuis participatione gaude
re. humanis non sinas subiacere
periculis. Per dominum nostrum. Fer. iiii. iiii^or tep

Exultate deo adiutori nostro
iubilate deo iacob sumite psal
mum iocundum cum cythara. Ca
nite initium mense tuba quia

preceptum in israel est et iudicium
deo iacob. Testimonium in ioseph
posuit illud. cum exiret de terra egypti. linguam
quam non noverat audivit. V/ Diu…

Misericordie tue remediis quesumus domine fragi-
litas nostra subsistat ut que sua condi-
cione atteritur tua clementia reparetur.
et dicit dominus deus. Lectio amos prophete.
Ecce dies veniunt et apprehendet
arator messorem et calcator uve
mittentem semen. Et stillabunt
montes dulcedinem et omnes colles
CXXV culti erunt. Et convertam captivitatem
populi mei israel et edifica-
bunt civitates desertas et ha-
bitabunt in eis. Et plantabunt
vineas et bibent vinum earum.
Et facient hortos et comedent fruc-
tus eorum. Et plantabo eos super
humum suam et non evellam eos
ultra de terra sua quam dedi eis.
Dicit dominus omnipotens. GR
Propitius esto domine
peccatis nostris nequando…

dicant gentes ubi est
deus eorum. Adiuva nos
deus salutaris noster
V/ Propter hono-
rem nominis tui domine libera
nos

Oratio. Presta quesumus domine familie tue supplicanti
ut dum a cibis corporalibus se absti-
nent: a vitiis quoque mente ieiunent. per
In diebus illis. Congregatus est Lectio libri esdre. lectio esdre
omnis populus quasi vir unus ad
plateam que est ante portam aqua-
rum. Et dixerunt esdre scribe ut
afferret librum legis moysi quem
precepit dominus israheli. Attulit ergo hesdras
sacerdos legem coram multitudine
virorum ac mulierum cunctisque
poterant intelligere in die prima
mensis septimi. Et legit in eo
in platea que erat ante portam a-
quarum a mane usque ad mediam
diem in conspectu virorum ac
mulierum sapientium. Et aures
omnis populi erant erecte ad librum.